



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

Ad Sodalitatem Partheniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

AD SODALITATEM
PARTHENIAM.

PROXIMA qua superum Regi mortalia votis
Sustinet, & Stygias Virgo refringit opes,
Vos iuuenum flores, vos illibata tueri,
Atq; implenda Deo pectora ferre studet.
Ergo velut tristis quando inclementia caeli
Tabificam spargit mæsta per arua lucem:
Mater, qua teneri insertas timet anxia nati,
Quo sese crepto vivere posse negat,
Illum adigit properè vitiatos linguere tractus,
Et fugere heu! Divùm quas premit ira domus:
Dein procul à terris quas turbidus ingnat Auster,
Aut putris inestat desidis aura lacus,
Liber a rura iubet, vel apricos visere colles,
Qua Zephyri assiduo murmure sylva strepit:
Sic illa æternam à vobis defendere pestem,
Et cupida innumeris eripuisse malis,
Heus, inquit, mea cura, quibus felicia ferta,
Ex immortalis plectere tendo rosa:
O tandem inuisis animos abducite terris,
Quas avida obsedit pestilenti aræ furor.
Non opus Abarida ventos superare sagitta,
Non opus est volucris Bellerophontis equo.

Secundum

M Secum habitans, curisq; animū melioribus implens,
Et Calpe fugiet longiss, & Meroe.
At nunquam euadet, qui terra affixus inertē
Contagem, & certa semina pestis amat.
Repit humi quisquis stolidi vestigia vulgi,
Non Christi & Diuitem signa sequenda ratus,
Plus hominū sanas, quam fata extrema, Rogūq;
Æternum, atq; Dei flebile Thera timet,
Si quenuquam in vanas rerum, somniq; gemellis
Cemperies oculos deposuisse putres:
Illum Ariadnea pone inter signa corona,
Pone apud Arctoi languida plaustro senis:
Non arces ideo propius continger Olympi,
Semita Tanaria quam metuenda specus.
At si quem Misera exosum discrimina vita,
Ad frugem & ventia spem Metanora vocat,
Proh: quam sublimem mortali è puluere raptum
Nectaris implebit nobiliore nota:
Seu larga effusi muretur Munera coeli,
Sive suo tinctum membra cruore Deum:
Sive inter sacra mellit atragem ata mensa
Cernit ad humana vocis adesse sonum:
Tum forte aeterni delibans commoda sacra,
Vanarum hac inter decipietur opum,
Ne mala pestes, dicit, diuellere quotquot
Me Domini amplexu noxia cura fuit,
Ambitio, Luxus, Sitis auri, insana Libido,
Lethi immortalis triste satellitium.

Itē

*Ite Aeternarum Meditatio feruida rerum,
Me vehu, ut placidis linthea pulsa Notis.
Iam mihi decreuit tellus, quicquidq; superbum.
Fors leuibus spondet callida pectoribus.
Iam calum, calum aspicio iam proxima vita est,
O! bene quod retro est vertere vela nefas.
Me nunc astringunt adamantina VINCULA
Vincula non vlla dissoluenda mans. (Christo,
Hac rerum REGINA suis, simul indice signat
Hoc libro tanti clausa elementa boni.
Vt imini. Auctorem meruit qua gignere vita
Exaudita, Deum spreta, dat exitium.*

MEDI-